mundi. & uiolentos saeculi fluctus frangit potius ipsa nec frangitur. & temp
tationibus non uincitur sed probatur. tamen quia anim aduerto inplebe
quosdam uel inbecillitate animi. uel fidei paruitate. uel dulcedine saecu
laris uitae. uel sexus mollitiae. uel quod magis est ueritatis errore minus sta
re fortiter. nec pectoris sui diuinum atque inuictum robur exerere. dissi
mulanda res non fuit nec tacenda. quominus quantum nostra mediocritas
sufficit. uigore pleno & sermone de dominica lectione concepto. delicatae
mentis ignauia conprimatur. & qui homo dī & xp̄i esse iam coepit dō
& xp̄o. dignus habeatur. Agnoscere enim se debet frs̄ dilmi qui dō militat.
qui positus in caelestibus castris diuina iam sperat. ut ad procellas & turbines
mundi trepidatio nulla sit nobis nulla turbatio. quando haec uentura prae
dixerit dn̄s. prouidae uocis hortatoꝝ instruens & docens, & praeparans
& corroborans ecclesiae suae populum. ad omnem tolerantiam futurorū.
Bella & fames & terremotus & pestilentias per loca singula exsurgere prae
nuntiauit & cecinit. & ne inopinatos nos & nouos rerum infestantium
metus quateret & magis ac magis in nouissimis temporibus aduersa cre
brescere ante praemonuit. fiunt ecce quae dicta sunt. & quando fiunt
quae ante praedicta sunt. sequentur & quaecumque promissa sunt dn̄o ipso
pollicente & monente. Cum autem uideritis haec omnia fieri. scitote
qm̄ in proximo est regnum dī. Regnum dī frs̄ dilmi esse coepit in proxi
mo. praemium uitae & gaudium salutis aeternae & perpetua laetitia.
& possessio paradisi nuper amissa mundo transeunte iam ueniunt. iam
terrenis caelestia & magna paruis & caducis aeterna succedunt.
quis hic anxietatis & sollicitudinis locus est. quis inter haec trepidus
& maestus est. nisi cui spes & fides deest. eius est enim mortem timere.
qui ad xp̄m nolit ire. Eius est ad xp̄m nolle ire qui se non credat
cum xp̄o in perpetuo regnare. Scriptum est. iustum fide uiuere. si
iustus es & fide uiuis. si uere in dm̄ credis. cur non cum xp̄o futurus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc105/0109